

que sub Thau litera praeponata sunt: responderet ad superioris: quibus iniuriam Judæorum, & dolosam mediationem expresserat: ostendens quoniam in futuro, divino iudicio disponente, hostes eorum illos persecuti sunt, & in praesenti vita fortiter contriverunt, ita ut haec tenus per totum orbem dispersi, malum exilii patientur: sedentes sine rege, ac sacerdotio regali, & sine templo, & sine cultu pietatis. Qui autem ad Christum convertuntur, promissionem illam quæ ad patres eorum facta est, spiritualiter haeredibunt. Denique tribus alphabetis quibus anteriorem partem lamentationis Propheta explicavit enarratis, jam quid quartum insinuet, considerandum est.

Explicit Commentarius secundus in lamentationes Jeremie.

IN TERTIUM LIBRUM COMMENTARIORUM LAMENTATIONUM JEREMIÆ D. HIERONYMI PROœMIUM.

EXTRÆMUS liber tractatus Jeremiæ inchoandus est à quarto alphabeto, quod sicut primum & secundum sapphico metro decurrit: in quo simili modo, ut in ceteris casum populi Judaici, atque vaftationem urbis, lamentabili voce Propheta historialiter deplorat. Spiritualiter autem lapsum animæ fidelis, atque ruinam in peccatis miserabiliter plangit: subiectens orationem quam fudit la-chrymosa voce propter interitum suorum ad pias aures Domini: quatenus ipse benignus misericordia solatii porrigitendo, in statum pristinum erigat, atque perfectæ sanitati restituat.

COMMENTARIORUM
DIVI HIERONYMI
IN LAMENTATIONES
JEREMIAE
LIBER TERTIUS.
Caput IV.

ALEPH. *Quomodo obscuratum est aurum: mutatus est color optimus. Disperi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum.* Nam licet hac historialiter urbis Jerosolymitanæ destructionem & templi concremationem videantur sonare: ubi totus ille ornatus veterum dissipatus est, & ad nihil redactus, tamen altiori sensu templi mystici dejectionem significat, quod quotidie in reproborum vita, & moribus obfuscatur atque destruitur. Quid namque auro, quod metallis ceteris præeminet, nisi excellenter sanctitas: quid colore optimo, nisi cunctis amabilis reverentia religionis exprimitur: quid per sanctuarii lapides, nisi sacramentum ordinum personæ signatur: quid platearum nomine, nisi praesens vita latitudine dicitur profecto à latitudine platearum sunt vocatae. Per semetipsum vero dicit veritas: *Lata & spaciovia est quæ ducit ad perditionem. Aurum igitur obscuratur, cum terrenis actibus sanctitatis vita polluitur.* Color optimus commutatur: cùm quorundam qui agere religiosè credeantur, existimatio ante acta minuitur. Nam cùm quilibet post sanctitatis habitum terrenis se actibus inferit: quod colore permuteo ante humanos oculos ejus reverentia defœcta pallescit. Sanctuarii quoque lapides in plateas disperguntur, cùm causa sacerularium foras lata itinera expetunt: hi qui ad ornamenta Ecclesiæ internis mysteriis quasi in secretis sanctuarii vacare debuerant. Ad hoc quippe sanctuarii lapides siebant, ut intra sancta sanctorum in vestimento

summi sacerdotis apparerent. Cùm vero ministri religionis à subditis honorem redemptoris sui, ex merito vite non exigunt: sanctuarii lapides in ornamento pontificis non sunt. Qui nimur sanctuarii lapides dispersi per plateas jacent, cùm persona facrorum ordinum voluptatum suarum latitudini dedit, terrenis negotiis inhærent. Et notandum quod non hos dispersi in plateis, sed in capite platearum dicit: quia cùm terrena agunt, summi videri appetunt, ut & latitudo itineris teneant ex voluptate delectationis, & tamen in platearum sint capite ex honore sanctitatis. Nihil quoque obstat, si sanctuarii lapides, eosdem ipsos, quibus construtum sanctuarium existebat, accipimus: qui dispersi in capite platearum jacent, quando facrorum ordinum viri terreni actibus ex defiderio inserviunt: ex quorum prius officio sanctitatis gloria stare videbatur. Sacerularia itaque negotia aliquando ex compassione toleranda sunt: nunquam vero ex amore requirenda: ne cùm mente diligentius aggravant, hanc suo viçtam pondere ad ima de celestibus mergantur.

Beth. *Fili Sion incliti, & amicti auro primo: quomodo reputati sunt in vase testæ, opus manuum figuli?* Ad eundem fensum hac sententia pertinet, ad quem superior, quod fili Ecclesiæ qui incliti fuerunt Christiana religione, & ornatæ sapientia fulgore, & decoro virtutum, nunc emolliti carnalibus desideriis, & terrenis cupiditatibus tabefacti, vase testæ comparantur, quæ dominice correptionis virga in futuro examine conterens frangit, & ad nihil rediget: taliter ut non inveniri possit fragmen testæ, quo igniculus ferri possit de incendio.

Gimel. *Sed & lamia nudaverunt mammæ, lactavabant catulos suis: filia populi mei crudelis, quasi struthio in deferto.* In lamia quippe duplicitas Judæorum & fictio hypocitarum exprimitur. Lamia enim humanam faciem habet, sed corpus bestiale: sic & populus Judæorum specie tenus culturam Dei simulabat: sed feroci animo semper illi contrariis existebat. Quod bene per Iffaiam ostenditur cùm dicitur: *Populus hic labii me honorat: cor autem eorum longe est a me.* Similiter omnes hypocrite in prima facie quod ostendunt, quasi

quasi ex ratione sanctitatis est, bestiale est quod sequitur corpus, quia valde iniqua sunt quæ sub boni specie moluntur. Possunt & in lamia, heretici accipi: qui humanam quidem faciem, sed belluina per impietatem corda gestant. Hi tunc mammæ nudant, quando errorem suum liberè predican. Tunc catulos lacant, quando male sequaces parvorum animas, dum perversa infuimus, ad impietatem nutritio confirmant. Filia populi mei crudelis, quasi struthio in deferto. Sicut in lamia, sic & in struthione fictio & immunitas historialiter Judæorum, & secundum mysticum sumum, simulatio & immanitas hypocitarum designatur: qui fingere sciunt virtutum opera, non veraciter agere. De hoc struthione inter alia, & in libro Job legitur: Induratur ad filios suos quasi non sint sui: frutra laboravit nullo timore. Indurata est ergo crudelis synagoga Judæorum contra Apostolos, & predicatorum novi testamenti, qui de ipsa gente nati fuerant, quasi non essent filii: odio eos habens, & externos deputans: crudeliter illos ubique in deferto gentium persecutus propter Evangelium Christi, quod & ipsa veritas videtur eis prænunciare, cùm ait: *Hæc locutus sum vobis, ut non scandalizemini: absque synagogis facient vos: sed venit hora, ut omnis qui interfici vos arbitretur obsequium se præstare: Et hæc facient vobis: quia non noverunt patrem neque me.* Frustra ergo laborat nullo timore cogente: quia cùm Christum perfecta est quasi everuent gentis, & destructorem regni: nec statum regni, nec salutem gentis servavit, sed magis perdidit.

Daleth. *Adhæsit lingua lacantis ad palatum ejus in siti: parvuli persierunt panem, & non erat qui frangeret eis.* Hoc notat juxta historiam, quod lacientes atque parvuli infantes Judæorum, destituti matrum atque nutricum solatio, fame & siti laboraverunt. Juxta allegoriam vero significat, quod hi qui infirmi adhuc sunt intellectu, & minus validi ad percipiendum fortiorum cibum, qualibus ait Apostolus: *La-vobis potum dedi: propter inertiam & defidiam doctorum,* spiritualis intelligentia carent alimonia. Parvuli, inquit, petierunt panem, & non erat qui frangeret eis: id est, infirmi quicunque scriptura sacra fortiores sententias petierunt sibi exponendo communis: sed qui exponere studeat, non valet inveniri. Potum vidit scripturam lacram Propheta cùm dicere: *Omnis stientes venite ad aquas. Si potus aperta mandata non essent, per semetipsam veritas non clamaret: Si quis sit, veniat & bibat.* Quasi cibum & potum intellexit Propheta Judææ desulisse cùm diceret: *Nobiles ejus interierunt fame, & multitudine siti exaruit. Paucorum quippe est fortia & occulte cognoscere, multorum vero historia aperta sentire.* Idcirco Judææ nobiles non siti, sed fame interierisse assertur: quia hi qui præesse videbantur, dum totos se exteriori intelligentia dederant: quod de minimis discutiendo mandarent, non habebant.

He. *Qui vescebantur voluptuosè, interierunt in viis: qui nutriti in croceis, amplexati sunt stercore.* Qui sunt illi qui vescebantur voluptuosè, nisi illi Judæi qui semper terreni concupiscentiis, & sœculi voluntatis dediti erant, & pro cibo & potu sœpissimur murmurabant, dicentes ad Moysen: *Revera induxit nos in terram, quæ fluit roris lacis, & melis, & dedidit nobis possessiones agrorum & vinearum.* Et iterum: *Quis dabit nobis ad descendendum carnes? Recordamur pœcum quos comedebamus in Ægypto gratis.* In mensam nobis veniunt cucumeres, & pepones porrigue & cepe, & alia. Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man. Ipsi interierunt in viis: quia in lata, & spatiovia quæ ducit ad mortem, exterminati sunt. Et qui nutriti in croceis, amplexati sunt stercore: cùm vanam istius mundi pompa appetentes, & historicam traditionem legi sequentes, spirituali intelligentia spernent. Quod enim vetus observantia ceremoniarum legi stercoribus comparetur, ostendit Paulus, dicens: *Quæ ergo mili fuerunt lucra, propter Christum arbitratus sum ut stercore.* Tropologicè vero quicunque avaritiam terrenam, & delicias voluptatis fecutus, viam istius vite incorrectæ explevit: non ad eternæ vite gaudia, sed ad fœditatem penarum pervenit.

Vau. *Et major effecta est iniquitas filie populi mei peccato Sodomorum: que subversa est in momento, & non ceperunt in ea manus.* Major ergo effecta est iniquitas populi Judæorum peccato Sodomorum, quia illi tantummodo legem naturalem: isti autem & naturalem, & scriptam trans-

Tom. V.

G g

fortibus ea suscipientibus jungunt, & quo de se magna existimari cupiant, eo de sui inequitate emendari contemnunt. Unde recte adjungitur: Arit & facta est quasi lignum. Culpa quippe eorum tanto insensibilior redditur, quanto apud eos etiam laudabilis habetur. Quam recte aridam afferit, quia nulla sui cogitatione viridecit.

Theth. *Melius fuit occisi gladio, quam interficti fame, quoniam isti extabuerunt consumpti a sterilitate terre.* Quantum ad compendium mortis respicit, brevior fuit prena subito gladio occisorum, quam fame, & siti diu excruciatorum. Quantum vero ad spirituali sensum pertinet, melius fuit Apostolis, & predicatoribus Evangelii, breviori persona corporis, pro Christi nomine ad tempus plecti, & postea in externa letitia coronari: quam persecutorum eorum, longa inedia verbi Dei tabescere, & propter sterilitatem, & infecunditatem bonorum operum, ad extremum eterno incendio concremari.

Jod. *Manus mulierum misericordium coixerunt filios suos: facti sunt cibis eorum in contritione filie populi mei.* Hoc historialiter recapitulat, quod superius jam dixerat: quia in captivitate Chaldaica, necon & in Romana; ad talem necessitatem propter inopiam cibi, plebs Iudeorum pervenit: ut aliquis ex mulieribus eorum, filios suos trucidaret, & carnes eorum coctas comedaret. Juxta spirituali vero intellectum: non parvi est delicti, quod doctores mali auditores suos, rebus terrenis & substantiis suis propter voracitatem suam spoliavit: nec ies pabulum verbi tribuunt, quo illi ad vitam nutrientur aeternam: cum Dominus per Ezechielem dicat: Vae pastoribus Israeli qui pascent semetipsos, nonne greges pascentur a pastoriis? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & quod crassum erat, occidebatis: gregem autem non pascebatis: quod infrinsum fuit, non consolidatis: & quod agrotum, non sanastis: quod fractum est, non aligatis: & quod abierat, non reduxistis: quod reditum incedere: tenuerunt laciniias suas, hoc est, aliorum ducatum expetebant, ut eorum actum exemplis, quasi quibusdam laciniis tracti, gressum imitentur precedentium. Sed qui frequenter illi qui praevineat, & sequentes se verbo doctrinae, & bonis exemplis docere debuerant, ipsos fecutores suos per fastum superbiae spernentes, in desperationem mutant. Sequitur:

Caph. *Complevit Dominus furorem suum: effudit iram indignationis sua, & succedit ignem in Sion, & devoravit fundamenta eius.* Complevit Dominus furorum suum, & effudit iram indignationis sua in gentem peccaticem: quando non solum populum exterminavit, sed etiam habitacula per hostes eorum usque ad fundamenta destruxit, & templum atque urbem incendio consumpsit. Complevit etiam & in malis doctoribus furem suum, quando pro negligentia, & desidia sua, incendio eos tradet perpetuo, & non solum pro operibus malis eos puniit, sed usque ad fundamenta perverlarum cogitationum, ejus vindicta perenitet. Sequitur:

Lamed. *Non crediderunt reges terra, & universi habitatores orbis, quoniam ingredieretur hostis per portas Ierusalem.* Quando ergo status regni Iudaici manit incolitus, & cultus Dei ibi erat celebrissimus, difficile fuit nationibus gentium circumquaque positarum credere, quod externus hostis dominatus esset urbi insignissime, & temple famosissimo, maximè cum viderent & audirent ab initio gentem illam signi clarecentibus divina ope sustentatam atque protectam. Mysticè autem cum animam cuiuslibet fidelis viderimus spirituali scientia, atque omnium virtutum decore adornatam: vix credere possimus tam subitaneo casu eam corrovere: que ut quandam imperabat spiritualibus inimicis, eos ab obsecris corporibus verbo orationis ejiciebat: nunc eorumdem hostium præda fiat: & tota illorum nequissima subdita voluntati. Sed unde haec ruina maximè perveniat, sequens sermo Prophetæ demonstrat.

Mem. *Propter peccata Prophetarum ejus: & iniquitates sacerdotum ejus, qui effuderunt in medio ejus sanguinem iustorum.* Propter peccata enim Scribarum & Phariseorum, necon & Pontificum Iudeorum: qui sanguinem Redemptoris, & Prophetarum atque Apostolorum ejus effuderunt: captivitas Ierusalem, atque devastatio maximè evenit. Similiter & nunc in Ecclesia propter peccata Prophetarum, & iniquitates sacerdotum ejus, portarum spiritualis Ierusalem patet introitus: quando propter ignorantiam predicatorum, & negligentiam sacerdotum Dei: qui

non curant populo annunciare viam Domini, & compescere eum à peccatis, hostis malignus per sensus exteriorum adiutum intrandi in animam inventit, & occasionem habet per diversas fraudes eam seducendi. Unde scriptum est: Causa ruinæ populi, sacerdotes mali. Qui merito dicuntur effundere sanguinem iustorum: quia dum simplicibus, qui fortem per innocentiam iusti esse possent, si restitudinem viarum Domini scirent, subtrahunt verbum solati, rei dicuntur esse sanguinis effusi. Quod sermo divinus ad Ezechiel Prophetam liquido demonstrat dicens: Fili hominis, speculatorum dedi te domui Israel: & audies de ore meo verba & annuncias eisdem. Si dicente me ad impium, morte morieris: non annuncia veris ei, neque locutus fueris, ut avertatur a via sua impia & vivat: ipse impius in iniuriam sua morietur: sanguinem autem ejus de manu tua requiram. Si autem annuncia veris impio, & ille non fuerit conversus ab impietate sua, & via sua impia: ipse quidem in iniuriam sua morietur: tu autem animam tuam liberasti. Sed & si conversus fuerit justus, à justitia sua, & fecerit iniuriam, ponam offendiculum coram eo: ipse morietur, quia non annunciali ei, in peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitiae ejus quas fecit: sanguinem vero ejus de manu tua requiram. Si autem tu annuncia veris justo, ut non peccet, & ille non peccaverit, vivens viver, quia tu annuncias ei, & tu animam tuam liberasti.

Nun. *Erraverunt caci in plateis, polluti sunt sanguine. Cumque non possent, temerant laciniias suas.* Per iniuriam ergo doctorum, tenebris ignorantes ex cæcitate erraverunt in plateis turma plebeum: quia dum se ad illecebras tradunt volutatum, rectum callem non tenent divinorum præceptorum. Et bene dicitur: Polluti sunt sanguine: quia sanguinolentorum operum contaminati sunt commixtione. Cumque non possent, inquit, subauditor, recto trame incedere: tenuerunt laciniias suas, hoc est, aliorum ducatum expetebant, ut eorum actum exemplis, quasi quibusdam laciniis tracti, gressum imitentur precedentium. Sed qui frequenter illi qui praevineat, & sequentes se verbo doctrinae, & bonis exemplis docere debuerant, ipsos fecutores suos per fastum superbiae spernentes, in desperationem mutant. Sequitur:

Samech. *Recedite polluti, clamaverunt eis: recedite, abite, nolite tangere: iugati quippe sunt, & commoti dixerunt inter gentes: Non addet ultra ut habitet in eis.* Phe. *Facies Domini divisit eos: non addet ut recipiat eos.* Facies sacerdotum non erubuerunt: negue fenum miseri sunt. Talis est vox superiorum magistrorum: qui pecus quod crassum est, de grege assument, & quod debile projiciunt: quod infirmum, non solidant, & quod agrotum, non sanant. Recedite, inquit, polluti, recedite, abite, nolite nos tangere, nolite in aliquo nobis communicare, infanabila sum vulnera vestra, & incurabiles plagæ, non etsi digni communione Christiana, ut ultra in vobis inhabitet Spiritus sanctus. Facies Domini dividit eos ac respuit: nec addet ultra ut recipiat, quia facies sacerdotum vestrorum non erubuitis: nec feniormum nostrorum admonitionem manifetiæ suscepistis. Talis loqua enim non illuminat cœcum, non sanat agrotum, non curat infirmum: sed magis occidit: atque in desperationem perlitamentem mittit. Boni etenim rectores ex sua infirmitate aliorum infirmates penitentes, magis per humilitatem, & mansuetudinem lenientem, student peccantes ab erroris laqueo eruere, quia per auferitatem in foveam perditionis nutantes propellere. Unde & doctor gentium qualiter subditis suis præfuerit, ostendit, dicens: Facetus sum infirmus infirmus, ut infirmos lucrificem: omnia omnibus factus sum, ut omnes facerem salvos. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uor? Debet rector esse bene agentibus per humiliatem socius: contra delinquentum vitia, per zelum iustitiae erectus: ut & bonus in nullo se præferat, & cum pravorum culpa exigit, potestatem protinus sui prioratus agnoscat: quatenus & honore suppresto, æqualem se subditis bene viventibus depugnet, & erga perverlos jura rectitudinis, non exercere formidet. Nam liqueat quod omnes homines natura æquales sunt geniti, sed variantur meritorum ordine, alias alii culpa postponit. Ipsa autem diversitas ascessit ex virtute, divino iudicio dispensante: ut quia omnis homo æquæ stare non valet, alter regatur ab altero.

Unde cuncti qui præsunt, non in se potestatem debent ordinis pensare, sed æqualitatem conditionis: nec præfesse hominibus se gaudent, sed prodeſſe. Antiqui etenim patres nostri, non reges hominum, sed pastores pecorum fuſſe memorantur. Et cum Noe Dominus, & filius ejus diceret: crescite & multiplicamini, & replete terram: protinus adjunxit: Et terror veſter ac tremor fit super cuncta animalia terra. Quorum videlicet terror ac tremor est super animalia terra præcipitur, profecto esse super homines prohibetur. Homo quippe brutes animalibus, non autem hominibus cateris natura prælatus est. Et idcirco ei dicitur ut animalibus, & non ab hominibus timeatur: quia contra naturam superbi est, ab æquali velle timeri: & tamen necesse est, ut rectores à subditis timeantur, & quando ab eis minimè se timeri deprehendunt, in humana saltu formidine peccare metuant, qui iudicia divina non formidant. Posſunt & superiores lentiſſe, que clamando recedere polluti, & jurgantes illis denunciant, quod ultra Dominus eos non recipiat, neque in eis habitet, ex persona hostium Iudeorum accipi, qui insultant captiuis, quando per violenciam: aut à terra sua eos ejeccerint, & in terram alienam adduxerant: quod deserteri & derelicti sint a Deo, & divino auxilio deficiunt, nec spem reversionis ullam eis remanere, sed in perpetuum damnatos fore. Quare autem deserteri a Domino sint, sequens sententia Prophetæ manifestat.

Ain. *Cum adhuc subsisteremus, defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum, cùm respiceremus attenti ad gentem, qua salvare nos non poterat.* Hoc narrat quod quando à Domino arguabantur pro sceleribus suis, non ad ipsum conversi sunt per penitentiam: neque ad ejus misericordiam confugerunt, quatenus ejus ope ab hostibus eriperentur, sed forinſcus ab aliis gentibus auxilium quærebant: ab Ægyptiis videlicet, vel Assyriis: quæ nullo modo eos liberare poterant. Unde dicit: Defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum, cùm respiceremus attenti ad gentem qua salvare non poterat. Frustra enim ab illis foliata quærebant, qui semetipſi defendere non poterant. Hinc quoque factum est, quod reliquæ Iudeorum, qua post vastationem urbis Ierusalem, derelictæ sunt à Nabuzardan principe militiæ ad colendam terram, interfecto ab Ismaele Godolia: quem præfeci memoratus Nabuzardan terra, & ipsis reliquiis qua ibi remanserant metu exterrita contra verbum Domini, quod eis per Jeremiam mandaverat, in Ægyptum transiérunt, quasi ab Ægyptis contra Chaldaorum arma posseſſi tueri. sed vana fuit haec spes eorum. Quinto siquidem anno captivitatis Jerosolymorum, ut Josephus refert: qui est tertius & viceimus regni Nabuchodonosor, inferiora Syria castrametatus est idem Nabuchodonosor: eamque detinens, expugnavit, & Ammonitas, & Moabitas. Cumque subdidisset has gentes, perrexit ad Ægyptum eamque subvertit, & regem quidem qui tunc ibi erat, occidit, aliumque ei in ea constitutus, denuo Judæos captivos duxit in Babyloniam, & Hebreorum genus hujusmodi habuit terminum. Unde sequitur:

Sade. *Lubricaverunt vestigia nostra in iis in plateis nostris.* Appropinquavit finis noster. Completi sunt dies nostri, quia venit finis noster. Mysticè autem quisquis deserteri uno vero Deo, adjutorium quærit a spirituali Ægypto, hoc est, ab hoc mundo, & lubrica seculi hujus perfigit vestigia: vana spe delitius, hostium spiritualium fit præda. Unde scriptum est: Ægyptus vane auxiliabitur. Et iterum. Maledictus homo qui confidit in homine, &c.

Explicit Commentarius tertius in Lamentationes Jeremiæ Prophetæ.

Coph. *Velociores fuerunt persecutores nostri equilibrii: super montes persecuti sunt nos: in deferto inficiati sumus nobis.* Per rapidum volatum avium, validam & velocem significat perfectionem hostium: qui infra patriam confititos, & deferta patria fugitivos, nimis crudelitate infecti sunt.

Res. *Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris: cui diximus, in umbra tua vivemus in genibus.* Hanc sententiam diversi autores, diversis modis expoſuerunt. Nam alii super reges Iudeorum, qui Christi, hoc est, uncti dicebant, sub quorum protectione gens Iudeorum videbatur degere, interpretantur: quia propter peccata populi ipsi interierint: ut Jofas qui iustus esse legitur, & ceteri hujusmodi. Alii autem super Iesu Christo veteri universorum Domino ac vita animalium fideliū, dictum intelligunt: sub cuius tutela in universis gentibus versatur Ecclesia. Ipse autem spiritus oris nostri est: in quo vivimus, movemur, & sumus: ex cuius sapore quicquid recte sentimus, sapimus: qui traditus est propter delicta nostra: & resurrexit propter justificationem nostram: Scriptum enim hoc plenissime Prophetæ Isaías, ita dicens: Verè languores nostros ipse tulerit, & dolores nostros ipse portavit, & nos putavimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum, ipse autem vulneratus est propter iniurias nostras: attributus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostra super eum, & livore ejus sanati sumus.

Sin. *Gaudet latare filia Edom, qua habitas in terra Huz. Ad te quoque peruenient calix: inebriaberis, atque nudaberis.* Edom idem fuit qui Esau, frater Jacob: à quo Idumæi hostes Israeli orti sunt: huic ergo fuit filius Choræ, Trachonitidis & Damasci conditor, inter Palæstinam & Cœleſtrianam tenens principatum. Quod autem dicit filiam Edom gaudere & latari, eo quod pervenerit ad eam calix Domini: per ironiam legendum est, ut est illud in Epistola Jacobi Apollonis. Glorietur autem frater humili in exaltatione sua, dives autem in humilitate sua: subauditur, à superiori glorietur: quod non tamen ad gloriam, sed ad humilitatem eius, & ad damnationem pertinet. Venit autem calix Domini, hoc est, vindicta ad Idumæos, quando Nabuchodonosor vataſta Iudea, ceteras gentes simili modo devaltavit, & dignum fuit quod hostes populi Dei qui ejus subversione gavis sunt, ipsi quæ merita pro eo ab hostibus recuperent vindictam. Myſticè autem in filia Edom, qui sanguineus, vel terrenus interpretatur: synagoga Iudeorum, vel etiam generaliter turba omnium persecutorum Ecclesiæ exprimitur, qui acerbissimis persecutionibus fideliū turbam in toto corde infectantur: quibus tamen certa in gehenna ignis eterni remanebit vindicta. De hac etiam Edom filia, David Prophetæ in Psalmis meminit, dicens: Memento Domine filiorum Edom in die Ierusalem: qui dicunt, exinanite usque ad fundamentum in ea.

Thau. *Completa est iniquitas tua filia Sion, non addet ultra ut transmigret te: visitavit iniquitatem tuam filia Edom: discooperiuit peccata tua.* Completa ergo persecutio ne qua hostes in hoc seculo permittuntur persequi electos Dei: ad probationem scilicet eorum, non ad damnationem, iam ultra non addeni, ut transmigrent per eos. Quoniam abstergit Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum suorum: & neque lacrima, neque clamor, neque dolor erit ultra, quæ prima abiurunt: Sed exultent iusti in iustitia: impii autem & peccatores cum diabolo mittantur in stagnum ignis, & fulphuris, ubi est bestia, & pseudoprophetæ: & cruciabantur die nocte in secula seculorum.